



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

50 Industria personae electa subdelegari non potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Felin. in cap. de cetero, num. 10, vers. quid de clausula, de re jud.

49 † Et conjunctim, ita quod unus solus exequi non potest, cap. si duo, ex trib. de offi. deleg. in 6. Abb. in cap. coram, num. 14. & ibi Felin. num. 11. eod. tit. Nec tali casu, ubi est apposta clausula, conscientiam vestram onerantes, possunt delegari, nec alter ipsorum subdelegare, quia tunc est electa industria personarum, quapropter † subdelegari non potest, l. inter artifices, & ibi Bart. num. 1, ff. de solut.

51 Quoniam verò bona † Ecclesie tradita, concessa, donata, aut oblata, sunt Deo data, & oblata, cap. videntes, §. ipse enim, & cap. res Ecclesie, 12, quast. 1, cap. pradia, 12, quast. 2. Navarr. de red. Eccl. quast. 1, mon. 43, num. 3, vers. septimo quod tom. 2. & Red. de reb. Eccl. non alien. quast. 3, num. 33. Ideo sacrum Concil. Tridentinum statuit, quod, si quem clericorum, aut laicorum, quacunquē is dignitate, etiam imperiali, aut regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesie, seu cujusvis secularis, aut regularis beneficii, montium pietatis, aliorum que piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel per alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, † aut quocunque quæ-  
54 sito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumserit, seu im-

pedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel, qui ad eum, quomocunque, etiam ex donatione suppositarum personarum, pervenerint, Ecclesie, ejusque administratori, sive beneficiario integre restituerit, & deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem Ecclesie patronus fuerit, etiam jure patronatus, ultra prædictas poenas, eo ipso privatus existat.

53 Clericus † verò, qui nefanda fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem poenis subjaceat, nec non quibuscunque beneficiis privatus existat, ac ad quacunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarii arbitrio suspendatur, ut in cap. 11, sess. 22, de reformat. cap. pradia, cap. qui abstrulerit, 12, quast. 2. & cap. attendendum, 17, quast. 4. Eiusdemque decreti poenis subjaceant locantes ad longum tempus, permutantes, alienantes, & recipientes bona ecclesiastica sine consensu Sedis Apostolicæ, ut fuit à sacra Congreg. Concil. decisum, super eodem cap. 11, sub tit. Meliten. & alio loco in §. qui bona. Et quacunque usurpatione bonorum, juriumve cujuscunque beneficii, vel loci pii subicit usurpantem anathemati, & aliis poenis in d. cap. 11. appositis, ut in eisdem decis. super eod. c. 1. §. an quacunque.

54 Paulus enim † Papa II. ambiciose cupiditati illorum præcipue, qui divinis, & humanis affectati, damnatione postposita,